FLORA.

№. 37.

Regensburg. 7. October. **1856.**

Inhalt: ORIGINAL-ABHANDLUNG. Nylander, Animadversiones adhuc quaedam lichenographicae. — LITERATUR. Mettenius, Filices horti botanici Lipsiensis. Welcker, Bemerkungen zur Mikrographie. — ANZEIGE. Bamberger, Crepideae et Exsiccata Florae helveticae.

Animadversiones adhuc quaedam lichenographicae. Auctore W. Nylander.

Jam ante in hac ephemeride (Flora 1855, p. 482) animadversiones quasdam exponere ausus sum circa sententias, quae in Lichenographia, ut ab auctoribus nonnullis tractatur, irrepsere.

Hodie recensionem Dm. K. (Flora h. a., p. 292 seq.) operis lichenographici recentis a D. Körber editi legendi mihi occasio data fuit, et mox has animadversiones novas conscribere festinavi, minime tamen fingens me admiratorem ita ferventem itaque addictum methodi Massalongo-Koerberianae convertere posse at proposito solo, ut demonstretur judicium alibi allatum, hanc methodum observatione manca et microscopica et practica, in natura scilicet comperta, inniti, non levi animo enuntiatum fuisse, ut declarat D. K., sed veritatem constituere palpabilem. Quam maxime sane taediosae ejusmodi animadversiones criticae, sed paucissimis modo unam alteramve hic memorem. Sic ex. gr. semper quidem credidi, apothecia lichenum omnium fructus esse thecasporos, vel haec amba vocabula omnino identici esse sensus, licet cel. Fries in Syst. Mycol. introd. p. 33, „*Verrucarias saxicolas* ascis destitutas" dicit, immo „idem in *Parmeliae* genere" observari, si recte verba auctoris laudati intellexi. Nunc cel. Koerber genera *Cyphelium* et *Coniocybe* thecis carere statuit sporasque in his lichenibus solum filamentis „capillitii" cujusdam oriri; quam anomaliam tamen non, ut cel. Fries l. c., „vi elementorum" adtribuit. Videns Koerb. S. L. G. t. 1. f. 10, 11, crederes fere auctorem ante oculos habuisse *Botryochaetem fagineam* Corda (Tab., vol. VI

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05971-0579-4

f. 95.) aut simile aliquid mycologicum, nam in cunctis *Calicioideis* (in *Coniocybe*, ut in ceteris) thecae facile conspiciuntur. — Quid porro dicatur de videndi ratione, quae vult ut sporae speciei cujusdam in gonidia transmutentur (Koerb. l. c., p. 426); satis leve adparet. — Quid de spermatiis „*Acarosporae sinopicae*" bacillaribus (l. c p. 157), quae auctor „hie und da" invenit, revera autem nonnisi in Tul. Mém. Lich. t. 10, fig. 21, ubi errore delineatoris sterigmata loco spermatiorum adumbrata exstant; haec vero corpuscula rite examinata speciei, de qua agitur, aeque ac in affinibus omnibus, sunt ellipsoidea minutissima. — Quid denique de speciebus descriptis, de quibus auctor, *exsiccata* aliorum citans, interdum ne ipse quidem certus est, sin ad plantam suam perti neant; in memoriam revocat: „id pessimum videtur cum nemo praeter auctorem, nec forsan hic, species discernere valet" (Fries L. E. p. 283).

D. K. assiduitatem Dm. Massalongo et Koerber laudat, quod certe res meritissima libentissimeque agnoscenda. Sed nihil boni scientiae afferre minutissima nimis consectari credere hisque auctoribus objicere liceat, ut modo nimis concitato generibus speciebusque dividendis occupentur; quo nisu, quoad genera, jam eos praegressus est D. Norman, qui tamen ab iis omnino tacetur. Genera sua haud pauca D. Massalongo jam in opere Dm. Norman nominibus prioribus designata reperiat.

Certissime cum plurimis jam Lichenologis optimis puto, *Usneam plicatam* non specie differre ab *U. barbata*, *Lecanoram cineream* abire in varietates *gibbosam* (Ach.) et *calcaream* (L.), *Lecanoram polytropam* specie identicam esse cum *Lecanora orosthea* etc., quae affert exempla D. K. (supra p. 194), haec nomina modo formas exprimere immerito saepe ut species distinctas, et haec opinio minime arbitrio quodam, sed necessitate logica et experientia satis extensa superstruitur. Ubi differentiae nullae verae adsunt, ibi distinctiones falsae. Sed fateor neminem hucusque subtilitatem D. Massalongo adtigisse, qui in metiendis sporis fractiones usque partis 100,000 mae millimetri absolutissime mire observat; micrographi autem optimi, ut constat, nondum ultra 1000 as partes singulas millimetri discernere valuere, et sporas ceteroquin etiam minimas variare credidi magnitudine (vel longitudine, vel crassitie) inter 1 vel plures 1000 as partes unius millimetri. Mensurae vero cell. auctoris videntur similes iis, quae elevationem montis cujusdam determinent ex. gr. 650 metra et 1 millimetrum, quod additamentum micrologicum nimis subtile censere fas sit. Laudanda vero sunt, quae laudem merentur. *Thamnolia* Schaer. genus sistit, in systemate meo omissum, manifeste

distinctum jam textura strati corticalis thalli a *Cladonia* et ad tribum *Siphulineorum* prope *Roccelleos* relegandum. Laetor D. Massalongo apothecia *Thamnoliae* (vel potius *Ceraniae* Ach.) invenisse, licet descriptio eorum non clara; jamque saepe spermogonia *Th. vermicularis* var. *tauricae* detexi, quae sterigmata offerunt articulata formaeque ut in *Baeomyce*. *Mycetodium* Mass. (Flora 1856, p. 285) quoque genus optimum, sed jam 1853 a me dignotum (*Gomphillus*).

Parisiis 20. Sept. 1856.

Literatur.

Filices horti botanici Lipsiensis. Die Farne des botanischen Gartens zu Leipzig. Bearbeitet von Dr. Georg Mettenius, Professor der Botanik, Director des botanischen Gartens. Leipzig, 1856. Verlag von L. Voss. Gr. Folio, 135 S. und 30 lithogr. Tafeln.

Ref. begrüsst um so freudiger vorliegende Erscheinung, als einerseits grössere Arbeiten über Filices in den letzten Jahren zu den Seltenheiten gehören und seit dem Tode Kunze's und Presl's in Deutschland eine gewisse Ebbe in dieser Sparte der Botanik eingetreten ist, anderseits der Leipziger botan. Garten einen beträchtlichen Reichthum an Farrn enthält, wie denn schon im Jahre 1850 die Zahl der daselbst cultivirten Arten über 500 hinausging. Wenn nun auch Ref. fast keine neuen Arten unter den bearbeiteten fand, so musste er doch in der Methode der Bearbeitung eine völlig neue anerkennen, was er, nebst der Feststellung und Begrenzung der Gattungen, als das Hauptverdienst dieses Werkes hervorhebt. Besonders gilt dies von der Anordnung der Arten, die der Verf. in bestimmte auf die Nervatur des Wedels gegründete Gruppen vertheilt: Gruppen, die er mit eigenen Namen belegt, um so in die Bezeichnung der oft in complicirter Weise auftretenden Nervatur der Farrn Kürze und Bestimmtheit zu bringen.

Bei näherem Eingehen auf das Werk bemerken wir zunächst, dass der Verf. mit der Dreitheilung der Gewächse in Phanerogamen, beblätterte und blattlose Kryptogamen anhebt, sodann an die Dreitheilung der beblätterten Kryptogamen, nach dem Verhalten der befruchteten Keimbläschen, in Characeen, Moose und Gefässkryptogamen erinnert und die Rhizocarpeen und Selaginellen als besondere

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05971-0581-1

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1856

Band/Volume: 39

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Animadversiones adhuc quaedam lichenographicae 577-579